14. V. 60.

OFFICIVM

Puriss: atq; Immacul:

CONCEPTIONIS

Sanctissimæ

MARIÆ

eidem acceptissimum, uti deuotissimo suo Famulo Alphonso Rodriguez Societatis Iesu, Religioso reuelauit.

Leop. Typ: Col: Soc: I. apud Seb: Nowogorsky.

Anno; 1642.

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. *Cant*: 4.

OFFICIVM
DE CONCEPTIONE
IMMACVLATA
BEATÆ MARIÆ
Virginis.

vt habetur in horis quibusdam valde antiquis.

AD MATVTINVM.

Eia mea labia nunc annunciate,
Laudes & preconia Virginis Beatæ.
Domina in adiutorium meum intende,

Me de manu hosti-
um potenter defende.
Gloria Patri, &c.

HYMNVS.

S*Alue mundi Domina,*
Cælorum Regina,
Salue Virgo Virginum,
Stella matutina.
Salue plena gratiæ,
Clara lux Diuina,
Mundi in auxilium
Domina festina.
Ab æterno Dominus
Te præordinauit,

Ma-

Conceptionis.
Matrem Vnigeniti
Verbi, quo creauit
Terram, Pontum, Æthera,
Te pulchram ornauit,
Sibi Sponsam, vt in qua
Adam non peccauit.

℣. Elegit eam Deus, & præelegit eam,
℟. In tabernaculo suo habitare fecit eam.
℣. Domina exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORE-

OREMVS.

SAncta Maria Regina cœlorum, Mater Domini noſtri IESV Chriſti, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum deſpicis, reſpice me Domina clementer oculo pietatis, & impetra mihi apud tuum Dilectũ Filium cunctorum veniam peccatorum, vt qui nunc tuam ſanctã

Con-

Conceptionem deuoto affectu recolo; ęternæ in futurum beatitudinis brauium capiam, ipſo quem Virgo peperiſti donante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Sancto Spiritu viuit & regnat in TRINItate perfecta; Deus in ſæcula ſæculorum, Amē.

℣. Domina exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino,
℟. Deo gratias.
℣. Et fidelium animę per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

AD PRIMAM.

Domina in adiutorium meum intende,
Me de manu hostium potenter defende.

Glo-

Concept.

Gloria Patri, &c.

HYMNVS.

Salue Virgo sapiens,
Domus DEO grata,
Columna septemplici,
Mensaq́ʒ exornata.
Ab omni contagio
Mundi præseruata,
Ante Sancta in Vtero
Parentis quàm nata.
Tu Mater viuentium,
Et Porta es Sanctorum,
Noua stella ex Iacob,
Domina Angelorum.

Zabulo terribilis
Acies castrorum,
Portus & refugium
Sis Christianorum.

℣. Ipse creauit eam in Spiritu S. *Ecc: 1. v. 9.*

℟. Et effudit illam super omnia opera sua. ℣. 10.

Domina exaudi. &c.

Oremus.

Sancta Maria. *vt supra.*

AD TERTIAM.

Domina in adiu. &c.

HYMNVS.

SAlue Arca fœderis,
Thronus Salomonis,
Arcus pulcher Ætheris,
Rubus viſionis.
Virga frondens germinis,
Vellus Gedeonis,
Porta clauſa Numinis,
Et fauus Samſonis.
Decebat tam nobilem
Natum præcauere,
Te ab Originali
Labe Matris Euæ.
Almam quam elegerat
Genitricem verè,

Nulli prorſus patiens
Culpæ ſubiacere.
℣. *Ego in altißimis habito.*
℟. *Et thronus meus in columna nubis. Eccl: 24. v. 7.*
Dña exaudi. &c.
Oremus.
Sancta Maria. *vt ſupra.*
AD SEXTAM.
Domina in adiutoriũ
meum intende.
Me de manu. &c.
Gloria Patri, &c.
HYMNVS.
Salue

SAlue ô Puerpera,
Templum Trinitatis,
Angelorum gaudium,
Cella puritatis.
Solamen mærentium,
Hortus voluptatis,
Palma patientiæ,
Cedrus castitatis.
Terra es benedicta,
Et Sacerdotalis,
Sancta atq; immunis
Culpæ originalis.
Ciuitas altißimi,
Porta orientalis,

In te est omnis gratia,
Virgo singularis.
℣. Sicut lilium inter ſpinas,
℞. Sic amica mea inter filias Adæ. *Cãt:2.v.2.*
Domina exaudi. &c.

Oremus.

Sancta Maria. *vt ſupra.*
℣. Dña exaudi, &c.
Benedicamus Dñ. &c.
Et fidelium animę. &c.

AD NONAM.

Dña in adiutoriũ, &c.

Hy-

HYMNVS.

SAlue Vrbs refugij,
Turrisq; munita
Dauid, propugnaculis
Armisq; insignita.
Tu in Conceptione
Charitate ignita:
Infernalis potestas
Est à te contrita.
Eia Mulier fortis,
Et inuicta Iudith,
Pulchra Abisai Virgo,
Verum fouens Dauid,
Rachel Procuratorem

Egy-

Ægypti gestauit,
Sed Saluatorem mundi
Maria portauit.

℣. Tota pulchra es amica mea,

℟. Et macula Originalis nunquam fuit in te. *Cant: 4. v. 7.*

Dña exau: oratio: &c.

Oremus.

Sancta Maria. *vt supra.*

AD VESPERAS.

Dña in adiutoriũ. &c.

HYMNVS.

Salue

SAlue Horologium,
Quo retro trahatur
Sol in decem lineis:
Verbum incarnatur.
Homo vt ab inferis
Ad summa tollatur,
Immensus ab Angelis
Paulò minoratur.
Solis huius radijs
Maria corruscat:
Vt consurgens Aurora
In conceptu micat.
Lilium inter spinas,
Quæ serpentis terat

Caput, pulchra vt Luna
Errantes collustrat.

℣. Ego feci in cœlis vt oriatur lumen indeficiens.

℞. Et ſicut nebula texi omnẽ terrã. *Ecc: 24 v6*

Dña exaudi orat: &c.

Oremus.

Sancta Maria. *vt ſupra.*
Dña exaudi orat. &c.
Benedicamus Do: &c.
Et fidelium animæ per miſericordiam. &c.

AD COMPLETO-TORIVM.

Conuertat nos Dn̄a tuis precibus placatus Iesvs Chr: Filius tuus.

℟. Et diuertat iram ſuam à nobis.

Dn̄a in adiutori. &c.

HYMNVS.

Salue Virgo nobilis,
Mater illibata,
Regina clementiæ,
Stellis coronata.

Supra omnes Angelos
Pura immaculata,
Atq; ad Regis dexteram
Stans veste inaurata.
Per te Mater gratiæ
Dulcis spes reorum,
Refulgens stella maris,
Portus naufragorum.
Patens cœli ianua,
Salus infirmorum,
Videamus Triadem
In aula Sanctorum. A.

℣. Oleum effusũ Maria nomen tuum.
Cant: 1. v. 2.

℟. Serui tui dilexerunt te nimis.

Dña exaudi ora: &c.

Oremus.

Sancta Maria. *vt supra.*

Dña exaudi orat: &c.

Benedicam' Dño. &c.

Et fideliũ animę. &c.

COMMENDATIO.

Supplices offerimus
Tibi, Virgo pia,
Has horas Canonicas,
Fac, nos vt in via

Ducas

Ducas cursu prospero,
Et in agonia
Præsens nobis aßiste,
O dulcis Maria. Amen.

Deo gratias.

Sequens Antiph: à Paulo V. Pōt: Max: approbata est unâ cum Oratione: qui recitantibus, Centum dierum Indulgentias conceßit.

Hæc est virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

℣. In

℣. In cõceptione tua virgo imaculata fuisti.

Ora pro nobis Patrẽ, cuius filium peperisti.

OREMVS.

DEvs, qui per imaculatam Virginis Conceptionẽ dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, vt sicut ex morte eiusdẽ Filij tui præuisa, eã ab omni labe præseruasti; ita nos quoque mun-

mundos eius intercesſione ad te peruenire concedas. Per Dñum noſtrum Ieſum Chriſtũ Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti DEVS per omnia ſæcula ſæculorum.

A
M ⋆ E
N.

OFFICIVM DE OMNIBVS SS. ANGELIS.

AD MATVTINVM.

Omnes Sancti Beatorum Spirituum Ordines, intercedite pro nobis.

Domine labia mea aperies:

Et os meum annunciabit laudem tuam.

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuã-dum me festina.
Gloria Patri, &c.

HYMNVS.

Michaël gloriose Princeps Angelorum,
Luciferi domitor, vindex superborum:
Signifer Altißimi, Rector præliorum,
Discretor mortuorum, Censor meritorum:

Aßi-

Aßiste fidelibus benignus
Patronus,
Per te nobis pateat mitis Dei
thronus.

Antiphona. *Factum est prælium magnum, Michaël & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neq; locus inuentus est eorum ampliùs in cœlo.* Apoc: 12.

℣. *Sancte Michaël defende nos in prelio.*

℟. *Vt non pereamus in tremendo iudicio.*

ORATIO.

DEus qui B. Michaelem egregium honoris tui Zelatorem in cœlo sublimasti, & in terris mirificasti: tribue nobis per illius intercessionem, vt eodē Zelo accensi, maiorē tuam gloriam sincerè in omnibus quæramus, & quæ illi aduersantur

ſantur ſtrenuè ſuperemus. Per Dominum noſtrum Ieſum. &c.

AD PRIMAM.

Omnes Sancti. &c.

Deus in adiut. &c.

HYMNVS.

Gabriel Archangele Dei fortitudo,
Mariæ prædicator, cœli claritudo. *(torum,*
Conſcius præ alijs Dei ſecre-
Trinitatis magnorũ ſummè legatorum.

Promoue quam cæpisti humanam salutem,
Extirpando vitia, augendo virtutem.

Antiph. *Ingressus Gabriel Angelus ad Virginem Mariam dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, inuenisti gratiam apud Deum.* Luc: 1.

℣. *Sancte Gabriel qui astas ante Deum.*

℟. *Conforta nos & doce intelligentiam.*

ORATIO.

OMnipotens ſem-
piterne Deus, qui
B. Gabrielem Archã-
gelum humanæ redẽ-
ptionis adminiſtrum
delegiſti: concede pro
pitius, vt ipſius ſuffra-
gijs, ab omnibus ad-
uerſis protegamur, ac
æternam ſalutem con-
ſequamur. Per D. &c.

AD TERTIAM.

Omnes Sancti. &c.

Deus in adiut. &c.

HYMNVS.

Raphaël Archangele, medicina DEI.

Magister castitatis, victor Asmodæi.

Comes peregrinorum, ductor viatorum:

Illustrator cæcorum, doctor dubiorum.

Illustra tenebrosos, errantes dirige:

A periclis libera, timidos erige.

Antipho. *Dixit Angelus Raphaël Tobiæ, benedicite Deum Cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini illi: quia fecit vobiscum misericordiã suã, ipsum benedicite & cantate ei.* Tob: 12.

℣. *Angelus Dei Raphaël comitetur nobiscum.*

℟. *Et bene disponat omnia, quæ circa nos geruntur.*

ORATIO.

DEvs qui Tobiam famulum tuum mi-

nisterio Beati Raphaë-
lis Archangeli conso-
lari, & illuminare vo-
luisti: da nobis suppli-
ces oramus, vt inter
omnia huius vitæ di-
scrimina, illius patro-
cinio subleuemur, Per
Dominum nostrũ. &c.

AD SEXTAM.

Omnes Sancti Beatorum Spirituum Ordines, intercedite pro nobis.

Deus in adiutorium
me-

meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria Patri, &c.

HYMNVS.

Seraphini Diuino igne inflammati.
Amore præ cæteris sacro radiati,
Cherubini Triadis solio proximi,
Cælesti scientia eminentißimè
Intellectum cœlesti sensu imbuite.

Volun-

Voluntatem amore sacro succendite.

Antiph. *Seraphin clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Isaiæ 6.*

℣. *Ascendit Deus super Cherubim & volauit.*

℟. *Volauit super pennas ventorum.*

Oratio.

Devs

DEvs qui ſuper excelſum ſolium tuū inter Seraphim & Cherubim reſidens inceſſabili triſagio collaudaris, da nobis per illorū interceſſionem, vt te dignè laudare, tibique fideliter ſeruire mereamur. Per Domin. &c.

AD NONAM.

Omnes Sancti Beatorum Spirituum Ordines, intercedite pro nobis.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, &c.

HYMNVS.

O qui Throni diuini dici meruistis,
Ac cum Deo intimè vosmet vniuistis.
Et vos præexcellentes Dominationes,
Ne despicite nostras supplicationes.

Vestro

SS. Angelis.

Vestro precatu DEO arcte
vniamur,
Nunquam carni, Sathanæ,
peccato subdamur.

Antiph. *Christus IESVS imago DEI inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso sunt condita vniuersa in cælis, & in terra, siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates. Colloss: 1.*

℣. *Adorate Deum omnes Angeli eius.*

℟. *Laudate & superexaltate eum in secula.*

Oratio.

THronorum moderator, & Rex Dominationum, qui ministerio Beatorum Spirituum vniuersa moderaris, omnia nobis aduersantia illorũ auxilio propitiatus exclude, vt mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt, liberis men-

mentibus exequamur.
Per Dominum. &c.

AD VESPERAS.

Omnes Sancti Beatorum Spirituum Ordines, intercedite pro nobis.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, &c.

HYMNVS.

Virtutes eminentes, summi Principatus,

Pote-

Poteſtates inclytæ, veſtros patronatus.

Humilitèr poſcimus, potentes virtute:

In noſtra vigilate, tutanda ſalute.

Arcete à ſeruulis cuncta nocitura:

Omnia miniſtrate nobis profutura.

Antiph. *Suſcitauit DEVS Chriſtum à mortuis, & conſtituit eum ad dextram ſuam in cœleſtibus: ſupra omnem*

Prin-

Principatum, & virtutem, & potestatem, & Dominationem, & omne nomen quod nominatur. Ephes: 1.

℣. *Benedicite Dño omnes Angeli eius.*

℟. *Potentes virtute, qui facitis verbum illius.*

Oratio.

DOMINE Virtutum, Rector Principatuum & Dux Potestatum, qui Beatos Spiritus in Hierarchias mi-

as mirabiliter distributos tuæ potẽtiæ administros esse voluisti: cõcede propitius, vt qui tuam semper adorant Maiestatẽ, nostrã etiam perpetuò adiuuent infirmitatẽ. Per D. &c.

AD COMPLETORIVM.

Omnes SS. Beator: Spirituũ Ordines, intercedite pro nob.

Conuerte nos Deus salutaris noster.

Et auerte iram tuam à nobis. De-

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, &c.

HYMNVS.

Legatorum primores Sancti
Archangeli,
Animarum Custodes Beati
Angeli.
Omnes incorporei cœlestes Spiritus.
Quibus elementaris Mundus
hic subditus.

Dominum clientibus iugiter placate:

Puram vitam, perfectum finem impetrate.

Antipho. *Nonne omnes Angeli sunt administratorij Spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Heb: 1.*

℣. *Angelis suis DEUS mandauit de te.*

℞. *Ut custodiant te in omnibus vijs tuis.*

Oratio.

Bea-

BEatorum Archangelorum & Angelorum omniumq́; cœleſtium Spirituum ſuffulti precibus: quæſumus Domine, vt quos tanto dignaris miniſterio, per illorum cuſtodiam, tuo concedas perfrui conſortio. Per Dominum noſtr. &c.

RECOMMENDADATIO.

Vobis hoc Officium ô mentes Beatæ,
Vt placeat supplico, sint & preces gratæ.
Sub vestro præsidio hostes debellemus:
Sub vestra custodia noxia vitemus.
Vestro magisterio nunc sancte viuamus,
Vestro ministerio cœlos conscendamus.

A
M * E
N.